

## DE MAGISTRO QUI LEGIT IN AERE ET IN AQUA

Taken from the sermons of James of Vitry, cardinal bishop of Tusculum (died 1240), and found in Charles H. Beeson's *A Primer of Medieval Latin*.

Audívi quod **rex Fránciae** valde commótus fúerat et irátus **contra praecipuum magístrum Petrum Baalardum**, qui Parísus legebat, et prohibuit **ei** ne de cetero legeret **in terra sua**. Ipse vero ascéndit **super arbórem praeminéntem** prope **civitatem Parisiensem**, et omnes **scholáres Parisienses** secúti sunt **eum** audiéntes **sub arbóre magístri sui lectiónes**. Cum autem **rex** quadam die **de palátio suo** vidéret **multitúdinem scholárium** **sub arbóre** residéntium, quaesívit **quid hoc** esset, et **dictum** est **ei** quod **cléríci** erant, **qui magístrum Petrum** audiébant. Ille vero valde irátus fecit **magístrum ad se** veníre et dixit **ei**: “Quómodo ita **audax** fuísti quod **contra prohibitióem meam** **in terra mea** legísti?” **Cui ille**: “**Dómine**, non legi **post prohibitióem vestram** **in terra vestra**, verum tamen legi **in aere**.” Tunc **rex** inhíbuit **ei** ne **in terra sua** vel **in aere suo** docéret. At **ille** intrávit **in navículam** et **de navícula** docébat **turbas discipulórum**. Cumque **rex** quadam die vidéret **scholáres** **in ripa flúminis** residéntes, quaesívit **quid hoc** esset, et **dictum** est **ei** quod **magíster Petrus** **in loco illo** **scholas** regébat, et **cum magna indignatióne** fecit **eum** vocári et dixit **ei**: “Nonne **tibi** inhíbueram ne légeres **in terra mea** vel **in aere**?” Et illo respondénte: “Nec **in terra tua** nec **in aere** legi, sed **in aqua tua**,” **rex** subrídens et **in mansuetúdinem iram** convértens, ait: “Vicísti **me**; de cétero, ubicúmque volúeris, tam **in terra mea**, quam **in aere** vel **in aqua** lege.”

**Legit**: *lectured*

**Petrus Baalardus** = Peter Abelard

**Parísus** *in Paris*

**De cetero**: *henceforth, in future*

**Fecit** + infinitive = made someone \_\_\_\_\_

**Navícula**= boat, small ship

**praeminéntem**= *tall*

**inhíbuit** = **prohibuit**

**ubicúmque**: *wherever*

## DE MAGISTRO QUI LEGIT IN AERE ET IN AQUA

Taken from the sermons of James of Vitry, cardinal bishop of Tusculum (died 1240), and found in Charles H. Beeson's *A Primer of Medieval Latin*.

**Audívi quod rex Fránciae valde commótus fúerat et irátus contra praecípuum magístrum Petrum Baalardum, qui Parísus legebat, et prohibuit ei ne de cetero legeret in terra sua. Ipse vero ascéndit super arbórem praeminéntem prope civitatem Parisiensem, et omnes scholáres Parisienses secúti sunt eum audiéntes sub arbóre magístri sui lectiónes. Cum autem rex quadam die de palátio suo vidéret multitudínem scholárium sub arbóre residéntium, quaesívit quid hoc esset, et dictum est ei quod clérici erant, qui magístrum Petrum audiebant. Ille vero valde iratus fecit magístrum ad se venire et dixit ei: “Quomodo ita audax fuísti quod contra prohibitióem meam in terra mea legísti?” Cui ille: “Dómine, non legi post prohibitióem vestram in terra vestra, verum tamen legi in aere.” Tunc rex inhíbuit ei ne in terra sua vel in aere suo docéret. At ille intrávit in navículam et de navicula docébat turbas discipulorum. Cumque rex quadam die vidéret scholares in ripa fluminis residéntes, quaesívit quid hoc esset, et dictum est ei quod magíster Petrus in loco illo scholas regébat, et cum magna indignatióne fecit eum vocari et dixit ei: “Nonne tibi inhíbueram ne legeres in terra mea vel in aere?” Et illo respondénte: “Nec in terra tua nec in aere legi, sed in aqua tua,” rex subridens et in mansuetudinem iram convertens, ait: “Vicísti me; de cetero, ubicúmque volueris, tam in terra mea, quam in aere vel in aqua lege.”**

**Legit:** *lectured*

**Petrus Baalardus** = Peter Abelard

**Parísus** *in Paris*

**De cetero:** *henceforth, in future*

**Fecit** + infinitive = made someone \_\_\_\_\_

**Navicula**= boat, small ship

**praeminéntem**= *tall*

**inhíbuit** = **prohibuit**

**ubicúmque:** *wherever*